UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendivm Summæ Card. Toleti

Minucius, Genesius

Sammieli, 1613

Qvid sit peccatu[m] mortale & quotuplex. c. 1. & 2.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41701

Visual Library

ctitas animæ, Spiritualiſque recreatio, Sanitas corporis, cum expediens fuerit, vel certe robur ad facilius mortis incommoda ſufferenda. Gratia gratum faciens, & ſubſidium contra diraſq; hoſtis aggreſſiones. Concil. Trident. ſeſſ. 14. c. 2.

TRACTATVS De Septem Peccatis mortalibus.

Quid ſit peccatum mortale, & quotuplex. Cap. 1. & 2.

PEccati diffinitioni ſupra lib. 3. cap. 2. & 3. expoſitę, hic duę addũtur particulę ſcilicet, De

gratia peccantem priuans,& mor
ti æternæ adiudicans, Homo nam
que per mortale peccatum priua-
tur Dei gratia & ex amico fit ini-
micus: & hic eſt vnus peccati effe
ctus, qui macula vocatur: Alter
eſt pœna, quę ſequentibus verbis
exprimitur, & eſt duplex, damni
& ſenſus, damni, eſt priuatio di-
uinę viſionis: ſenſus eſt ſempiter-
nus dolor, veniale verò vt non eſt
abſolute contra regulam, ſed tam
tum non ſecundum finem illius,
ita nec gratia priuat, nec ęternam
pœnam meretur, ideoque & fa-
cile veniam coſequitur, quæ cau
ſa eſt vt dicatur veniale. Peccata
mortalia ſunt ſeptem, quæ in vna
dictione continentur, SALIGIA
id eſt, Superbia, Auaritia Luxu-
ria, Ira, Gula, Inuidia, & Acedia,
Quę quidem non omnia morta-
lia ſunt, ſed mortalium radices,&
ideo mortalia communiter vo-
cantur.